

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rector Academiae Lipsiensis, Ad Sacra Pentecostalia In Templo Academico Celebranda, Vtrivsqve Reipvblicae Proceres Et Cives Academicos, Qva Decet ...

Schede, Andreas Martin

Lipsiae, [1713?]

VD18 13541382

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-200674



PIRITUM S. in cujus honorem præcipue festum Pentecostes, ex veteris Ecclesiæ institutione hodie celebratur, VERUM ESSE DEUM, DIVINAMQUE SS. TRIADOS PERSONAM, inde ab origine Chriistianismi, omnes fideles credidisse, docuisse, atque professos esse, multis tam divinis quam humanis testimoniis comprobatum est. Ipse enim Christus omnes, qui per baptismum, fidei Chriistianæ initiari, ac in gratiæ diviniæ fœdus recipi volunt, eosdem non in PATRIS tantum & FILII, verum SPIRITUS S. etiam nomine baptizare iussit. Hinc articulus de fide in Spiritum S. Symbolo Apostolico, tanquam fundamentalis olim insertus fuit: ΠΙΣΤΕΥΩ ΕΙΣ ΠΝΕΥΜΑ ἍΓΙΟΝ, CREDO IN SPIRITUM S. In quem autem, ut autorem gratiæ ac salutis credere tenemur, eum cum Patre & Filio verum esse DEUM, divinamque personam utrique essentiæ æqualem esse, oportet. Quod particula εἰς IN Spiritum S. ibi addita, haut obscure quoque innuit. Nam notantibus veteris Ecclesiæ Patribus, aliud est, credere rem quampiam esse; aliud credere IN ALIQUEM. Nimirum credere DEUM, est notitiæ, quod etiam diabolo tribuitur; Credere DEO, est assensus, ac hypocritis quoque competit; Fiduciæ vero est CREDERE IN DEUM, Creatorem, Salvatorem ac Sanctificatorem. Et quanquam

Dei. 4. 4. 4.

Matth. Cap. XXVIII, 19.

v. Gregorii Nazianzen. Orat. 37. & confes huc Augustin. tract. 29. in Johann.

hæc differentia in Objecto divino non sit perpetua;
 cum & fiducia salvifica destituti dicuntur, *credere in*
Christum, Joh. II, 23. C. XII, 42. Perpetua tamen
 est in comparatione DEI cum creatura, ubi fiducia
 iis scilicet epithetis aut prædicatis, quæ non nisi de
 fide salvifica accipi possunt, descripta extat, semper
 per *in deum*, seu *IN DEUM*, ut ultimum scopum &
 asylum exponitur. Creaturæ vero fides defertur
 uti organo, testi, aut iudici, Jon. III, 5. Matth. XII,
 41. Joh. XIV, 1. Rom. IV, 24. 1. Joh. V, 13. Nec obstat
 locus, Exod. XIV, vers. ult. *Crediderunt in Moysen*:
 Moyses enim ibi ipsius divinam notat doctrinam;
 Sicuti Luc. XVI, 29. Hinc Ps. CVI, 12. & 24. *credi-*
derunt verbis ejus (Mosis nempe.) Quare Rufinus
 Symbolum Apostolicum respiciens, scribit: Non
 credimus *in S. Ecclesiam*, nec *in carnis resurrectionem*;
 Si enim addidisset *IN*, præpositionem, una eademque
 vis fuisset eum superioribus: nunc autem in illis qui-
 dem vocabulis, ubi de divinitate fides ordinatur, *in*
DEUM PATREM dicitur, *in JESUM CHRI-*
STUM, FILIUM ejus, *in SPIRITUM S.* Ut
 ceteris vero, ubi non de divinitate, sed de creaturis
 ac mysteriis sermo est, *IN*, præpositio non additur; ut
 dicatur, *in S. Ecclesiam*; sed *Sanctam Ecclesiam* cre-
 dendam esse, non ut *IN DEUM*; sed ut *Ecclesiam*
DEO congregatam, & remissionem peccatorum creden-
 dam. Hac itaque præpositione (*IN*) Syllab. Creator a
 creaturis fecernitur, & divina separantur ab humanis.
 Itaque cum nostris temporibus Neophotiniani
 & Sociniani veterum Macedonianorum, qui Pnevto-
 machi vocantur, hæresin resuscitarent, duo ista initio

Ruf. in Sym-
 bol. Apost. §.
 36. f. 575.

Milano. D.
 1780. 2. 7.
 1780. 2. 7.
 1780. 2. 7.

1780

2 X

sermonis nostri nominata capita impugnantes , ne-
 gando Spiritum S. esse verum DEVM, divinamque
 a Patre Filioque, in æquali divina essentia personam di-
 stinctam; non alienum a nostro instituto erit, arti-
 culi hujus veritatem ulterius asserere atque vindica-
 re. Nam novi isti Pnevmatomachi, SPIRITVM S.
 pro divina qualitate , virtute , aut attributis essen-
 tiæ Patris tantum habent, ut notum est. Quapropter,
 ut horum φλυαρίαι, hac in parte evitentur, primum,
 animadvertendum est, cum de personis in una divi-
 na essentia distinctis sermo est; non distinctas quidem
 personarum essentias indigitari, (ut in humanis, tres
 personæ distinctas quoque essentias habent) Sed per-
 sonæ divinæ ita intelligendæ sunt, ut in tribus perso-
 nis una sit essentia, 1. Joh. V, 7. Hoc præsupposito &
 observato , SPIRITVS S. non virtus aut qualitas
 DEi Patris esse potest; sed *persona intelligens & per se*
subsistens. Quia illi, in divinis literis, omnia, quæ de
 persona prædicari solent, attribuuntur; ut Joh. XIV, 17.
 17. 26. ipse vocatur ἀλλ' ὁ παράκλητος, dicitur ἐν ἐμῷ,
 titulus *legati, doctoris* ipsi tribuitur: quæ omnia præ-
 dicata personæ sunt. Sic quoque plures actiones & o-
 perationes personales de ipso in S. Scriptura prædican-
 tur; ut, quod Ecclesiam regat, Act. XX. 26. quod di-
 stribuat charismata & dona divina, 1. Cor. XII, & *quidem*
singulis prout vult. Quod certe iidem est character
 personæ intelligentis & volentis. Ita Scrutator pro-
 funditatum DEi, 2. Cor. II, 10. audit: prædixit futura per
 Prophetas, & in hac ipsa tamen prædictione, distingui-
 tur, a DEO Patre & Filio, 2. Samuel. XXIII, 2. Huc
 facit Es. XLVIII, 2. Ego (fui) at nunc Adonai Jehovah mi-
 ser

f. 31

fit me, & SPIRITVS & JVS, ES. LXI, 1. Nam Spiritus Adonai Jehovah me ad evangelizandum pauperibus misit, &c. Ubi sanctres divinarum personarum distinctæ operationes personales aperte nominantur. Et quid in N. T. clarius, quam quod in Baptismo Christi, de Spiritu S. personalis actio, a Patre loquente & Filio baptizato, distincta prædicatur; nempe, in specie columba descendere, Matth. III. Luc. III, 21. 22. Luc. I, 31. Accedit, quod divinis personis, Patri & Filio in formula baptismi a Christo præscripta, SPIRITVS S. per τὸ καὶ copulativum utrique jungitur ut æqualis; distincta tamen persona a Patre, quæ a Patre loquente, & Filio baptizato, in specie columba descendere visa fuit, Matth. III, 16. Luc. III, 21. 22. Joh. I, 32. confer Act. II, 3. certo utique argumento, eum esse personam divinam.

v. Eujedin. ad
II. Cor. XII.
Volckel. I. V.
de Relig. c. 10.
p. 494. seqq.

Evieta hinc Spiritus S. personalitate, facilius Socinianorum strophæ elidi possunt, quibus sub Synonymia DEI & Spiritus S. divini ludere solent, ut hæresin suam quodammodo incrustent, & imperitis fucum faciant; ulterius ejusdem divinitatem breviter demonstrabimus, tum ex divinis nominibus JEHOVA, 2. Sam. XXI, 11, 3. Jes. VI, 3. collato Act. XXVII, 25. 26. & expresso nomine DEI, Act. V, 3. 4. tum attributis soli DEO propriis, qualia præcipua sunt, eternitas, Ebr. IX, 14. omnipotentia Luc. XI, 20. Act. X, 38. Ps. CIX, 7. quæ de Spiritu S. tanquam distincta persona prædicantur. Quibus accedunt argumenta, quæ ab operibus plane divinis, ut creationis & sanctificationis sumpta, in divinis literis Spiritui S. assignantur, Genes. I, 1. 2. Job. XXVI, 13. Ps. XXXIII, 4. Ps. CIV, 30. Es. LXI, 1. Matthæ.

1. Matth. xii, 18. Tit. III, 5. Hæc loca allegata pro divinitate Spiritus S. afferenda, uberius Gerbardus, Feuerbornius, Balduinus, Hülfemannus, Grawerus, Calovius, & Scherzerus, a Socinianorum strophis accurate satis vindicarunt. Quis ergo cum ille verus sit DEVS, ipsum quoque adorandum esse dubitet? Sane cultus adorationis haut obscure ipsi, in V. & N. Tribuitur, Num. vi, 24. 25. 26. Es. vi, 3. collato Act. xxviii, 25. Certe invocatio SS. Trinitatis, quæ fit in Baptismo, nomine *Patris, Filii & Spiritus S.* non modo dantium & instituentium hoc sacramentum, sed etiam invocandorum a baptizante pariter & baptizato, cultum ejus divinum apertius ostendit. Paulus quoque 2. Cor. xiii, 13. eundem comprobatur; quando Corinthiis τὴν κοινωσίαν τοῦ αὐτοῦ πνεύματος adprecatur. Hæc, si pertinacibus adversariis non sufficiunt, plura non minus evidentia argumenta addimus. Petrus, Act. v, 3. 4. Ananiam & Saphiram blasphemi mendacii in Spiritum S. ideo arguit, quod non sibi solum & ceteris Apostolis, sed SPIRITUI S. quippe qui in illis erat eosque regebat, mentiti sint: Hunc vero Petrus v. 4. expresse DEVM vocat. τὸ ψεύδεσθαι autem ibi cum accusativo constructum, idem est, ac fallere seu mentiri: nam commate seq. 9. per τὸ πνεῦμα τοῦ κυρίου, explicatur; quod scilicet DEi omniscientiam, quam Spiritus S. cum Patre & Filio communem habet, illi impie fallere ausi essent. Quid porro de S. Pauli testimonio divinitatis Spiritus S. oppido non minus claro dicamus? quo eundem diserte iterum DEVM appellat; quando ex Corinthiis 1. Ep. i, 11, 16. 19. quarit: *an nescitis vos esse*
Hic

151

TEMPLVM DEI, & SPIRITVM DEI habitare in vobis?
Si quis TEMPLVM DEI violat, hunc disperdet DEVS:
nam TEMPLVM DEI SANCTVM est, quod estis vos.
Hic fideles templum DEI vocantur: cur? quia SPIRITVS DEI in iis habitat.

Inde ergo certi de Spiritus S. personalitate & divinitate; de ejus missione, officio, operatione ac donis gratiae suae dicere institueramus: At cum haec fidei partes, hoc festi tempore, in cathedra ecclesiastica abunde tractari soleant; *Eximius juvenis CHRISTIANVS GOTTLIBIVS JOECHER, Lipsiensis, Philos. Baccal. & S. Theologiae Cultor industrius*, partem illius sublimioris Philosophiae Christianae occupavit, & de *Magnaliis Christianorum, ex Spiritus S. gratia praestabilibus*, in Templo Paulino, cras publice cum DEO verba facere constituit. Itaque abrupto nostro sermone, **VOS VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, VOSQUE O CIVES NOSTRI CARISSIMI**, quae delect humanitate, rogo; ut cras hora XII. meridiana, in sacello Nicolaitano congregati, haut gravatim inde nos ad sacra, in Templo nominato celebranda, comitari dignemini. Quam benevolentiam vestram ubi licuerit, nullo non tempore demereri studebimus. P. P. Lipsiae III. Jun. A. MDCCXIII.

L I P S I A E,
L I T E R I S A N D R E A E M A R T I N I S C H E D I I.